



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Arcadivs 12. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

adfuīt
eretur
nilitū
eperit.
victo-
ca.

quorū tot vana consilia? unum accipē consilium?
Ne pēperām abbas tibi tempore.
Hunc diem, quasi supremū; hanc horā, quasi
ultimā transīgas. Id si sedulō quotidie feceris,
nec otio, nec peccatis indulgebis. *Omnem, tredicem*
diem tibi diluxisse supremum.

S. ARCADIVS

12. Januarij.

*Si sustinebimus & conregnabimus: si
negaverimus, & ille negabit nos.*

S. Paulus 2, ad Tim. cap. 2.

More Solis Virtus hoc pulchriùs niter,
quò diutiùs latet. Testem ARCADI-
VM adduco. Hic sevientibus ubique terra-
rum in Christianos Tyrannis, sive homo ti-
more aliquo, sive Christi mandato inductus
posthabitis Fidei fortunis omnibus, fugâ se
subduxit, & aliquamdiu latebras habitavit.
Sed nimitem, ut vineceret, fugit; ex latibulis
suis velut insidiis hostem expectavit. Etenim
an ipsi cum irruptione in domum facta, & non re-
lerandiperto ARCADIO ad tribunal de amicis ejus
quispiam raperetur, continuò adfuit; circu-
s planuentum inexpectatò Tyrannum graviterque
increpitum justit omnes pœnas in se experi-
ri;

o) 30. (o

ri: Aciem tormentorum instrueret Tyrannus, ingenio etiam certaret, in auxilium alios etiam Tyrannos evocaret, omnes in subfidiis Carnifices constitueret: sese unicum contrâ omnia tormenta, etiam nudum staturum, solâ patientiâ pugnaturum, ostensurumq; eâ dissimulatione, quantum inermi Christianus omnibus minis & tormentis armato Tyranno præstaret. Desperavit iactum judex de victoria, & sententiam tulit quâ manibus ac pedibus mutilari ARCADVS jubebatur. Hic fixis cœlo oculis inter divinas laudes, supplicij locum magnanimi petiit, membra ad lanienam ipse nudavit ipse singula truncanda exhibuit; itaq; sanguinis sui purpurâ splendidus, sine pedib; ad Martyrum tamen partes transivit, si manibus palmam cepit. S. Zeno Ep. Veron.

M E D I T A T I O De Tolerantiâ.

2. **P**Ecator, hac in vitâ patiendum tibi est, patiaris in alterâ: sudoribus, lachrimis, sanguine peccata sunt delenda. Quas calamitas infligit Deus, ex sint remedia morborum animarum. Vis semper peccare, & nunquam poenitentia. Cave, versaris in lubrico; poenas dabis aut in hunc aut in alterâ vitâ. Elige.

6) 31. (o

2. Tametsi confidas, te pœnitentiae beneficio cum Deo in gratiam rediisse, non ideo tamen lachrimis & laboribus supersedendum: Etsi revelatio[n]e constaret tibi, ut quondam Magdalena[re], tua tibi peccata remissa esse; nihil tamen remissius operibus pœnitentiae vacandum esset: & peracte peccatorum confessioni fidis? Contremisce, semper lachrimare, cum nescias, utrum amore Dei, an odio dignus sis.

3. Viri pij: qui ad perfectionem contenditis, etiam si quotidie ad tertium cœlum raperemini, ut Divus Paulus, ne credatis, inutilem vobis pœnitentiam esse. Parum mihi probantur contemplationes, quæ mortificatione non coniuntur. Si JESUS ex animo amaveritis, exardescet in vobis desiderium imitandi patientiam JESU. Secura est expectatio Beatitudinis, ubi est participatio Dominica passionis. S. Leo.

S. GODEFRIDVS.

13. Januarii.

Secundum eum, qui vocavit vos,
Sanctum, ut E[go] ipsi in omni con-
versatione sancti sitis. S. Petrus I. ep. c. i.

Duxit GODEFRIDVS Cappenbergensis
comes genus suum è Regio sanguine.
Prædantium suorum militum licentiam, si
quisquam